

Quasi omnes populi, & gentes Mariæ principatum agnoscentes, & supremam in rebelles potestatem, ac triumphos de illis reportatos, clangentibus tubis publice, ac festivè eam concelebrent.

SECTIO LVI.

Antelapso capite versata de Mariæ triumpho stygium Draconem deculeantis, illustratur nobili Jobi vaticinio pro originario ejusdem Virginis immunitate.

Audiamus de mystica Leviathani piscatione, apudque piscationis instrumentis rabis maxillam ejus? Numquid illud ei, quasi sic prædicantem c. 40. v. 20. 24. & 28. Job 40.

Leviathani nomen quid exprimitur.

Leviathan est ille idem Demon qui Adamum seduxit, & Evam. S. Hieron.

pentem antiquum cum Joanne Evangelista nuncupat, qui de caelo in terram cum suis Angelis deturbatus est, cui pravos Angelos asleclas adscribit, nonne aperte hunc cadentium ducem ostendit? Suffragatur S. Augustinus in Pl. 73. 14. ad illud: Tu confregisti capita Draconis. S. August. Hebraicè, Leviathan. Et S. Antonius, auctore S. Athanasio in ejus vita. Severianus in c. 40. Severia. Job: Certo ac proprio nomine is Draco, qui adversariorum potestatum princeps est, Leviathan est nuncupatus, ut qui tanquam suum ac proprium id sit nomen adeptus.

1193 Subscribit non semel Beda lib. 3. expositionis in Job c. 9. ubi ait; Leviathan esse Draconem typicum, de quo Dominus ait Joan. 12. 12. Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et c. 10. ad finem, vocat eum Principem tenebrarum, qui Angelos secum tanquam tertiam partem stellarum in terram traxit. Addit 1. ad c. 42. Job, ubi dum exponit versum ultimum, Ipse est Rex super omnes filios superbiae, quem ex Hebræo legit: Ipse est Rex super omnes filios præcisionis, vel excisionis, sic ait: Quod proprie pertinet ad Diabolum per Leviathan in hoc loco figuratum, qui excedit omnes à Deo præcisos in aversione à Deo, quæ est propria præcisio. Abulensis quoque loco memorato ait, Leviathan esse nomen proprium principis Demoniorum; eodem argumento sumpto ex v. ultimo c. 41. Jobi. S. Bruno in ser. de Nativitate. B. Mariæ, docet hunc Leviathan esse, qui seduxit Evam: & eundem, qui Apoc. 12. describitur princeps malorum Angelorum: & eundem, qui Job 41. dicitur princeps super omnes filios superbiae. Sic etiam S. Bonaventura in ser. de cena Domini.

1194 Sunt etiam alii Patres, qui Dæmonarcham Luciferum personatum antiquo serpente, Evæ seductorem fuisse arbitrantur. S. Methodius Patrensis Episc. & Martyr in Revelationibus c. 1. & 2. idque probat ex Genes. 3. Isaia 9. Ezech. 21. & Apoc. 12. S. Ignatius in Epist. ad Philippenses S. Irenæus lib. 3. c. 35. Origines lib. 1. in Job, Eusebius lib. 3. de Præpara. c. 6. S. Basilus in Hom. quod Deus non sit auctor malorum. S. Nazianz. in Carmine 6. de substantiis mente præditis. S. Chrysost. in Hom. deligno scientiæ, & Hom. de Adam & Eva, & Hom. 5. ex diversis locis in Matthæum. S. Epiphani. Hæresi 64. S. Cyrillus Jerosoly. Catechesi 2. S. Hilarius Canone 3. in Matt. S. Hieron. Abacuc. 3. S. Ambrosius lib. 4. Epist. 33. S. August. lib. 14. de Civitate Dei c. 11. & in Pl. 73. 13. & de Genesi ad Litteram lib. 11. à c. 16. ad 27. S. Prosper in Dimidio temporis c. 1. 2. & 3. & in Poëmate de Providen. divina. S. Gregorius in universo opere Moralium in Job, sed præsertim lib. 34. c. 12. & c. 18. & 19. & 41. S. Alcuinus Viennensis lib. 2. de Peccato originali, S. Bruno Ser. de S. Michaële, S. Bernardus Ser. 1. de adventu, & multi alii, quos omitto.

1195 Imò id ipsum docet sacer contextus Genes. 3. accuratè perpenfus. Inimicitias ponam inter te, & mulierem; inter semen tuum, & semen illius. Quod enim serpenti semen attribuit, patrem asserit: ejus ergo filios, serpentini sceleris imitatores intelligit; improbos in primis Dæmones, Tartareos illos Antimarianos: deinde impiissimos Hæresiarchas Mariæ adversarios, Simonem, Menandrum, Basilidem. ejusdem ducis manipulares, ut docent S. Ignatius in Epistolis ad Trallianos, & ad Smyr-

Ioan. 12. & c. 10.

Burgens.

Abulen.

Gen. 3. 14.

Serpens stygius Pater vocatus, ejus filii sunt Antimariani, Ecclesiastici hostes.

Smyrneses, S. Irenæus in Prologo ad lib. 4. S. Chrysost. Hom. 41. in Matthæum, S. Prosper lib. de ingrahis contra Pelagianos. Ad hoc item serpentis spectant semen Cerinthiani, Valentini, Ophitæ, Cerdoniani, Marcionistæ, Manichæi, Nestoriani, cæteraque hujus facis portenta, Mariæ gloriæ infesta. Post quæ ad turpissimam Draconis caudam, quæ & Empyreum olim & Ecclesiasticum nunc revertit cælum, binas licet stygias furias, infama religare monstra, Lutnerum, inquam, & Calvinum, per quos ille totum fermè Lethæum voluit egressisse. Igitur serpentes illum, quem terribilissimi hujus feminis Parentem nuncupat, satis aperte Dæmonum omnium, atque impiorum hominum Principem designat.

Observatio necessaria pro Marianis triumphis commendatione ex maximo prostrato hoste.

1196 Alia non inefficax ratio ex contextu occurrit. Tantum negotium, quo & Tartari imperium, & Hominis salus, & Dei agebatur gloria, vel stygiis comitibus permittum est, vel Divino reservatum consilio. Si primum, certè quidem superbissimus adversarius, cautiissimus, atque omnium Tartareorum Hostium callidissimus, tantam provinciam gregario cuiquam militi nequaquam existimasset credendam; summam ille expeditionem, quæ totius inferorum continebatur status, sibi uni fortissimo, fraudulentissimo, fuscipiendam, apparendam, conficiendum censuit. Si autem divino id consilio fuerat decretum, quisnam hostis Mulieri esset obiciendus, consultissimò quidem factum esse putamus, ut maximus averni totius imperator tanto certamini destinaretur. Si victoria penes nos fuisse, ut illo prostrato, universum considerat imperium: si penes illum, quod certè prævidebatur, ad divinam pertinuit providentiam, supremum adversarium, necdum serpente exutum, necdum panoplîa exarmatum, ad alterum cogere certamen, nova cum Eva MARIA inendum, quæ veteri felicior, terribilio detritio capite, Luciferi deturbaret imperium, humanum genus per Filium liberaret. divinasque ulcisceretur injurias. Nisi ita fieret, duo, neque levia, neque contemnenda fecutura fuisset incommoda: alterum, nunquam illum non causaturum, non rixaturum rem tantam per manipularem militem, per imbellem calonem actam, nec de suis viribus atque consiliis factum fuisse periculum. Alterum incommodum esset, quòd fortissimæ Heroinæ, gloriæ non videretur consultum, si ignavus ipsi hostis inersque & imperitus adversarius conferreretur; quasi de Mariæ viribus non adeò firma apud Cælites, non adeò secunda concepta esset expectatio; quasi famineo calci, quantumvis Mariano, minimè videretur tantus certaminis eventus fuisse credendus. Atque hæc observare operæ pretium duximus ad Marianis triumphis commendationem ex maximo prostrato hoste. Neque enim levem gloriam insignes Heroinæ Mariam adumbrantes, à fortissimo adversario devicto, serpentes hunc Leviathan præsignante, quondam retulerunt: à confuso Sifara Jahel; ab Holopherne obruncato Judith; ab Aman confixo Esther. Ergo ab immani contrito Dracone Tartarei exercitus Archistratego, nova Eva triumphum reverxit amplissimum.

Cur Leviathan dicitur auctor originalis culpa.

1197 Sed adhuc inquiri; cur Leviathan dicitur sit peccati originalis auctor? Ut respondeamus, diversas observare licet illius nominis notiones, & significationes, Primò, SS. Patres

Hieronymus, Gregorius, Isidorus, Beda, Rupertus, Thomas & alii interpretantur Leviathan additamentum, sive additiones eorum. Causam sic reddit Gregorius lib. 4. Moralium cap. 13. Rectè autem additamentum eorum dicitur, quia postquam primam culpam malè sequestravit, hanc quotidie augere gravioribus persuasione non desistit. Hanc exscribit S. Isidorus lib. 8. Orig. 11. Adiciit alteram rationem Gregorius ibidem, nempe veluti per ironiam, & antiphrasin ita dictum, quòd minimè addiderit, imò potius detraxerit. Eos namque in paradiso immortales repperit, sed divinitatem immortalibus promittendo, quasi eis aliquid, ultra quam erant, se addere spondidit: sed dum blandè non habita se daturum perhibuit, callidè & habita substravit, dum falsa impossibilia promisit, verè possibilia sustulit. Eadem habet & Hom. 25. in Evang. & lib. 33. c. 9. Utramque rationem exscribit Rupertus lib. 2. de oper. Spir. sancti cap. 24. Tertiam Beda lib. 3. in Job 9. addidit. Leviathan additamentum quidam autem interpretari; qui in veritate non stetit, & excedens præsumptionis modum, addidit sibi superbiam, quasi super naturæ bonum in tumorem morbo elationis excrevit. Proinde additamentum dictus est; vocabulum enim factum de crimine.

Leviathan autem Hieron. S. Grego. Cur additamentum ille vocatus?

Beda.

Cur copulationem, vel associationem, conjunctionem, congregationem eorum. Sic Hebræi David, & Salomon, quos secuti sunt nostri recentiores. Sive tantus sit, ut inflat multorum videatur esse, sive quia multos aggreget focios, satellites, asleclas, stipatores, quibus comitatus incedat gloriosus. Et quidem utrumque ad rem; nam vastus, immanis, superbus postquam improbos Angelos è sublimi deiecit, homines sibi associare nunquam desistit. Vide Apoc. 12. & Job 41. c. & ibi Bedam.

1198 Alii vertunt Leviathan Draconem copulationem, vel abstractè copulationem, associationem, conjunctionem, congregationem eorum. Sic Hebræi David, & Salomon, quos secuti sunt nostri recentiores. Sive tantus sit, ut inflat multorum videatur esse, sive quia multos aggreget focios, satellites, asleclas, stipatores, quibus comitatus incedat gloriosus. Et quidem utrumque ad rem; nam vastus, immanis, superbus postquam improbos Angelos è sublimi deiecit, homines sibi associare nunquam desistit. Vide Apoc. 12. & Job 41. c. & ibi Bedam.

Cur Luciferus eorum?

1199. Alia est Isaia interpretatio nominis Leviathan, juxta Leonem Castrum, paraphrastice tradita cap. 27. 1. hoc est, serpens vestis, serpens tortuosus: nam instar vestis aditum nobis cælestis patriæ occludere conatur. Unde pro veste alii reddunt claudentem. Nisi cum LXX. mavis fugientem legere: nam fugacem servum fuisse constat, & à Deo apostatam defecisse. Et quod ipsi extremo fuit exitio, ab Hero nunquam revocatus, sed sibi relictus, sibi traditus; quæ est Complutensium interpretatio nominis Leviathan. Tortuosus igitur Lucifer, lubricus, perversus, obliquus: nimirum id præcipuè agit, ut perfidus hostis rectè fallaciter, cælando, claudendo insidias instruat, uti in Paradiso fecit.

Cur serpens vestis tortuosus. Claudens.

Denique, ut alias illius nominis notiones reticeam, Joannes Buisantianus lib. 4. de Anima sacræ scripturæ c. 6. integrum Leviathan nomen interpretatur, copulatus vomeris sibi; quasi pectore terram ille proscinderet instar vomeris, ut zizania, similiaque sua ferat semina, quæ nimirum commodè proveniant. Vide unum granum in paradiso jactum in

Cur copulatus vomeris sibi.

quantam segetem sefelatē prouiderit. Ab uno scelere quantam sibi ille scelera messē collegerit. Prō nequissimum Leviathanum!

Vastissime Draco fuit Iesus, & Mariae Insigni, & conculcationi.

1200 Porro vastissimum hunc Draconem, qui uniuersum mundi Oceanum foedis infestabat cladibus, trajecto aliquando hamo strangulandum, injectaque rictui armilla, multā perdomitum ac puerictum exagitatione, ad latus tandem linea piscatoria cogendum, puello, ac puellae, JESU, & MARIAE, Insigni futurum, & conculcationi, paucis explicatum venimus. Sed quae haec linea, quisnam hamus, quae felix armilla, quibus tantum facinus patratum est. Piscatoriam Jobi lineam, Genealogiam Mariae, & Christi sapienter interpretati sunt multi Ecclesiae Patres, quos retuli supra num. 435. Extremam lineae piscatoriae fibulam, cui hamus appenditur, Deiparam explicat, in quam Genealogia desinit Evangelica: mox hamum, id est, Verbi diuinitatem, carnis eadē oblectam suspendunt, quam alii Christi carnem, alii Virginis asserunt, alii Virginem ipsam nuncupant. Numero autem 436. Armillae descriptionem affabre concinnatam à Ruperto Abbate dedi. Sequenti verò numero 437. Jobi verba expendi illa: An sine ligabis linguam ejus? Numquid pones circumulum in naribus ejus? An armilla perforabis maxillam ejus? LXX. vertunt: an armilla terebrabis labium ejus? Septentrionalis ceti linguam, ad viginti pedes longam, vasum oris hiatum undeviginti pedes patentem, maxillas tres pedes crassas, congas verò ad duos supra viginti, ab oculato teste depingi Olao Episcopo lib. 21. cap. 9. observavi. Caeterum longè suam longiorem produxit Tartareus Leviathanus linguam, longè prolixiores diduxit maxillas, longè immaniorem expandit oris ambitum, cum tam prodigo illo mendacio Evam circumscripsit, ut tum Deum & mendacem blasphemavit, & invidum, qui morituros diceret, si felicissimo vescerentur pomō, quod tamen illis interdixisset: tum Adamum, atque Evam, eo vel semel gustato, in Deos quidem scientissimos actuum evasuros promitteret. Jure ob tam insanum mendacium Leviathan dictus id est, additamentum, ut inquit Gregorius loco citato. Primo quippe homini persuasione callidā divinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionem dici potest, quibus cum hoc, quod non erant, se addere spondidit etiam hoc, quod erant, fallendo substraxit.

St Gregor.

1201 Merito igitur eō adludens adiecit Iob. Dominus vers. ultimo: Ecce spes ejus frustrabitur eum; & videntibus cunctis precipitabitur. Primum hemistichium sic effert Theodotio: Et principium ejus mentium est: neque enim mendacium, vel ipsi, ut sperabat, succellit, vel Evae circumventae. Itaque per novam Evam Mariam Deiparam, videntibus, & plaudentibus mortalibus, & immortalibus universis, precipitabitur. Ex Hebræo veritas: Deturbabitur, eicietur, tolletur, coneretur. Fidem probavit eventus, & quidem per Ancillam Domini, uti Jobus metipse adjecit, dicens:

Ancilla Virgini Draco illudendus traditur.

1202 Numquid illudes ei quasi avi; aut ligabis eum ancillis tuis? ait Dominus. Quasi dicat: Sicut ego Ancillae meae illum ligandum atque illudendum tradam? Ut singularem enim Ancillam Domini praedictam à Jobo in-

telligamus, persuadet Paraphraſtes Chaldaicus, qui vertit: aut ligabis eum Ancilla tua? Talithae notum puella, affixo etiam singulari pronomine faemino tua. Est autem talitha notum puella vocabulum Marci 5. 41. sed & LXX. Interpretes singulariter extulere; aut ligabis eum puero tuo? Nimirum solent docti hi seniores, quae de Maria sunt vaticinia, ad Filium ejus referre; optimo scilicet consilio, quo noverant, totam Deiparam virtutem à Filio provenire, qui communem sibi cum Matre illustrem hanc victoriam esse voluit, de Tartareo Dracone revchendam. Sic etiam Genes. 3. 15. de Maria praedicitur: ipsa coneret caput tuum: & tamen LXX. quos multi ex antiquis Patribus sequuntur, vertunt: ipse servabit caput tuum. Alii Codices legunt ipsum, scilicet semen quod in vaticinio praefertat; Filius nempe Virginis. Univerſa interpretationis utriusque concordia ab una pendet strictissima inter Matrem & Filium unione in hoc cum Dracone Leviathano certamine. Arctissimam hanc Mariae, Christique unionem, tam in praelo ipso, quam in victoria, ut Spiritus S. significaret, consulto exemplar ipsum Originarium hujus vaticinii indifferens concinnavit tam Matri quam Filio, ut & LXX. Interpretes stricta linguae sanctae jura spectantes victoriam Filio adjudicarent: Ipse, vel ipsum servabit caput tuum. Vulgaris verò interpres ejusdem sanctae linguae emphaticam exceptionem attendens, eam victoriam Matri deferret; Ipsa coneret caput tuum. ut ex utriusque tandem lectionis concordia, illa ipsa Filii, Matrisque unio, nunquam dissoluta fuisse significaretur, quandoquidem ex Spiritus S. auctoritate, una atque eadem sententia utriusque indifferenti, imò utriusque communi dicitur; ipse, ipsa coneret caput tuum: quasi dicat, uterque, simul atque indivisim.

סליחך

1203 Igitur quod Chaldaeus interpres Ancilla adscripsit, Graeci Puero adjudicandum, merito censuerunt. Quod autem Hebraicum, & Latinum Vulgatum exemplar pluralitè dixerunt Ancillas, & plurale pro singulari, de more sacrae scripturae, amplificandae rei, atque personae gratiā, posuerunt, ut ex LXX. & Chaldaeo addidimus: & unam Ancillam Domini caeteris omnibus praefendam fuisse significarunt, eamque pro, & praee omnibus exturam. Quam interpretationem acceptam refero S. Brunoni, qui in Ser. de ejusdem Virg. Nativ. his verbis consignavit: Non tu, quasi dicitur, ancillis tuis eum ligabis, quem neque ipsi viri fortes ligare potuerunt. Ego tamen per unam Ancillam meam eum ligabo, & fortitudine sua privabo, Haec est nobilis Ancilla, de qua modo loquimur, beatissima Virgo Maria. Hic tam superbus, & tam arrogans, tam potens, tam fortis ab una amilla captus, & illusus & ligatus est. O Maria, inter Mulieres, haec Ancilla! Haec Dei Mater, & superni Regis nobilissima Filia! cujus hamo Leviathan captus est, cujus humilitate quasi avis illusus est, cujus sapientia quasi latro & vile mancipium ligatus est. Haec cum Brunone, & reliquis adductis Patribus, Mariam, juxta Jobi vaticinium, ex Adamo, reliquisque clarissimis Patriarchis, Regibus, ac Ducibus in piscatoria Jobi linea, atque armilla prolusis, & in utraque Evangelica Matthaei, & Lucae Genealogia recensitis, procreatam, nec sine gloriosa immunitate ab originali vicio, compro-

Cur Vulgatus Ancillas pluralitè dixerit pro una Deipara Ancilla.

S. Bruno.

comprobavimus. Nec non Deiparam fuisse, quae Luciferum Draconem Leviathanum, Originariae culpae auctorem, atque adeo ipsammet Originariam culpam potentissimè devicit, deculeavit, contrivit, non virili modo, sed divina eloque Fili sui virute.

Si verò Mariae Conceptionis festivitas Epulo concelebretur Eucharistico, ut fieri solet; preme ejusdem capitis verba v. 25. concident eum amici, &c. Pagninus: comedent super illum socii. Regia, & Vatavibus: canabunt super eum. Cajetanus; prandebunt. Vide nostrum Pinedam ibi. Et Pl. 73. 14. atque ibidem S. Augustinum.

SECTIO LVII.

Illustrissimum aliud Jobi vaticinium accurate expenditur, pro Deipara Leviathanum subjugare, Mariana Conceptionis Lucem nec videre permissum.

Job 3. 8.

Argumentum horum verborum ad Christum, & Mariam spectant.

1204 Ibi verba haec sunt ex cap. 3. 8. Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obtenebrentur stellae caligine ejus: expellet lucem, & non videat; nec ortum surgentis aurora. Certè à lugubri elegia exortus Job proprii infortunii originem deplorare, peccatum scilicet originale, mille illud maledictis exonerat: eò præcipue quo à Christo & Maria impendendum praedicat, utpote insignibus peccati originalis hostibus, antiquique serpentis juratis adversariis. Vaticinatur deinde fore, ut densissimis originalis culpae tenebris clarissimae etiam quaeque Ecclesiastici firmamenti stellae offundantur, quod ipsi sanè peccati originalis auctori poena est gravissima. Uno excepto Sole, una deserta aurora, nempe Christo, & Maria, quos primum orientes neque videre fuisset ausura: quod pro durissimo supplicio ipsi extet adversario. Hoc, ut reor, verborum Jobi argumentum. Cui ut lux concilietur, observare expedit in primis litterae expositionem.

§. I.

Litterae expositio.

מקבחו

הלילה

עבודתו

1205 Maledicant ei. Hebraicè ikbubū, maledicent, execrabuntur, malè imprecabuntur ei: est enim propheticum futurum. Porro pronomē hu proximum nomen refert lailah, noctem illam; nam signatam noctem detestabatur Job, quae immundae conceptionis vel causa, vel testis extiterat. Qui maledicunt diei. Hebraicè oreriom, id est, maledicentes diem. LXX. diem illum interpretantur: nam unum quendam execrabatur Jobus nativitatē maculatae diem; sicuti unam conceptionis immundam noctem. Qui parati sunt suscitare Leviathan. Hebraicè pro parati, est haghahidim, intendentes, imminentes, incumbentes, instantes, urgentes. Theodotio, qui prompti sunt. Nec omittam, illud verbum valere quod Latinis impero, Graecis equo dominari, principatum gerere, originem seu auctorem, initium & caput esse. Isai. 14. 9. eadem vox, quam in Jobo hic legimus, vertitur à Vulgato Principes, ab aliis, qui principabantur: à Regia, qui dominati sunt. Item Isai. 10. 13. rursus Vulgatus, principes. LXX. fortitudinem, interpretantur. Tam ergo

ij, quos Jobus opiat maledicturos turpi conceptioni, Principes sunt fortissimi contra Leviathanum expediti atque certamini cum ipso ineundo accincti, parati, intenti, imminentes, instantes, & quasi sacrorum in Draconem aciem ducentes, primique opus id per sese, tanquam sancti agminis prima capta urgentes. Aquia legit: Instructi, apparati, ornati, armati, exculti. LXX. in singulari legunt: Maledicat ei, qui maledicit diem illum qui habet magnum cetum subjugare. de quo infra.

Suscitare Leviathan. Verbum suscitare, Hebraicè vur, id est, à somno excitare, expergefacere. Job 14. 12. Pl. 43. 23. Zacha. 4. 1. Est etiam frequens in Scriptura pro eo, quod Latinis in certamen provocare, incitare, stimulare, bello lacerare. Noster Isai. 23. 13. suffodere. Pagninus ibi, destruere: qui Jere. 51. 58. putat illud verbum Hebraicum significare etiam clamoribus contere: ut sit cum obdormientem in spelæo bestiam venatores excitant, atque ingenti clamore obtundunt, ut metu confternant. LXX. vertunt hic. suscitavit, quod significat domare, subigere, subicere, opprimere. De Leviathan nominis interpretatione, vide Pinedam nostrum Job 40. & antelapso capite à nobis dicta. Ubi etiam statuumus, ex communi Patrum mente, Leviathan, Diabolum intelligi; nec quēvis, sed Archidæmonem Luciferum, peccati originalis auctorem, ipsamque originariam culpam. His positus, inquirō.

§. II.

Qui sint illi, qui parati sunt suscitare Leviathan.

1207 Certè non actum agam, si Interpretum explicationes ex dignitate numerem, & censam, probatioremque relinquam: quorum alterum eruditionis, alterum judicii est, & utrumque labore plenum, neque obvium. Prima Graecorum Patrum, & aliquorum Latinorum sententia est, LXX. Interpretum translationi nuper recitatae adherentium, hunc, qui numero singulari paratus dicitur maledicere, & subjugare, esse Christum Dominum, qui id temporis paratus jam erat hominem induere, ut vastissimum Leviathanum, id est, saevissimum Dæmonem certamine laceraret, cum eo confingeret, victum ac vinctum in triumphum ageret. Hunc, inquam, exoptat Jobus, ut Conceptionis suae nocti maledicat, in qua tantum defævit stygius Leviathan, ut humanam naturam Deo similem conditam, turpi peccati labe fædarit. Nempe si servator huic nocti maledicat, plenè illam, ac cumulatè maledictam iri. Hanc expositionem allegoricam censet Pineda, & quia LXX. numerum pluralem in singularem mutarunt, pro maledicant, maledicat: & quia Jobi contextui non cohæreat tantum Christi mysterium.

1208 Caeterum, quod ad primum atinet, singularis infuerum non est in Scriptura sacra, singularis numerus pro plurali usurpare, quod plurali saepe.